Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertatio Inauguralis Iuris Publici De Coexercitio, Sive Simultaneo Utriusque Romano-Catholicae Ac Evangelicae Religionis Exercitio Licito Ac Illicito

Schweder, Gabriel
Burgermeister von Deizisau, Gabriel Franz

Tubingae, 1727

VD18 11378891

Thesis III.

urn:nbn:de:bsz:31-130851

Visual Library

Thesis III.

Civitates hæ mixtæ Religionis Jus habent, dignitates, omniaque officia publica æqualiter & libere inter Cives distribuendi & conservandi. Instrum. Pac. *Art. V.* §. *3.* Neutra ergo Pars vigore Instrumenti *d. Art. V.* §. *8.* suæ Religioni adhærentium potentia ad deprimendam alteram abuti, aut majorem numerum directe vel indirecte ad dignitates Præsidum, Senatorum, aliorumque publicorum munerum aggregare præsumat, sed quidquid ejus quandocunque & quomodocunque tentatum fuerit, irritum esto. Instr. Pac. *Art. V.* §. *8.* Omnium hinc Officialium Catholicorum in demortuorum locum surrogatio & electio immutabilis & nunc & postea sit penes ipsos Catholicos, Augustanæ vero Confessioni addictorum penes eosdem, ita, ut defuncto Catholico alius Catholicus, pariterque Augustanæ Confessioni addicto eidem addictus surrogetur. Atque hæc libertas non solum in Politicis, verum etiam Ecclesiasticis manere debet. In quibuscunque Collegiis & Fundationibus quando Catholici & Aug. Confess. addicti promiscuè vixerunt, vivant etiam posthac promiscuè numero prorsus eodem, qui 1. Januarii 1624. ibidem repertus fuit. Publicum etiam Religionis Exercitium idem maneat, quod quavis in civitate vel loco dicto anno dieque usitatum fuit, absque unius vel alterius partis impedimento. Neutrique partium fas erit, alteram de Religionis suæ Exercitio, Ecclesiæ ritibus & ceremoniis deturbare. Instrum. Pacis *Art. V.* §. *29.*

The-